crepare, crepuisse, crepitum. *uerb. intr., tr.* **Forma** 3ª *coni.* crepere Euty 5.486.22. sono enim sonas et sono sonis, unde sonere infinitiuus, crepo crepas et crepo crepis, unde et crepere. **Etym** *PIe.* *krep-/*krp- *'magno sonitu sonare uel dirumpere'.* **DLat** concrepare, crepaculum, *crepantare, creparaca, crepatio, crepax, crepitare, crepidulum, crepitus, crepor, creptura, crepulus, crepundia, crepus, crurícrepida, decrepitus, discrepare, excrepare, increpare, oculicrepida, percrepare, pertercricrepus, recrepare, succrepare. **Drom** *cast.* quebrar, requebrar, requiebro, *fr.* crever, *it.* crepare, *port.* quebrar, *rum.* crepà. [**Freq** humilis **84** indicia **6,1** /d.c.m. 234-149 Cato] *uocabulum scriptis litterariis omne genus praecipue satiricis dramaticis lyricis aptum, saepissime uersu; omnibus usibus praesertim quotidianis; necnon technicis inuenitur; inde ab initiis apparet, pro rata parte saec.* III-II *aec. abundans.*

Variatio		indicia	p/d.c.m. subc.
operum	argumentalis	26	5,2
	dramatica	15	35
	exponens	11	3,9
	lyrica	7	30
	narratiua	17	3,3
	satirica	8	42
diachronica	III-II aec.	13	22
	I aec.	11	4
	I-II ec.	29	7,5
	III-V ec.	31	4,7
diaphasica	docta	23	11
	media	44	3,9
	quotidiana	17	40
diastratica	litteraria	71	6,3
	technica	13	5
modus	prosa	31	2,6
	uersu	53	29

¶ **a1** *intr., tr.* [acc. interno] *sonitus dare quaecumque contrariis uiribus afficiuntur, seu cum ea ipsa dirumpuntur uel planguntur • producir ruido unos elementos en tensión, restallar, crujir, chascar, chasquear, gemir, sonar, resonar, rechinar, crepitar, chisporrotear, producir* [algo] *ruido al rajarse o al golpearse* [**Trop** sonare **sim** →concrepare[a1] **dom** *porta aperiens* foris, ostium; *uiscera* intestina; *plausus uel sonitus manu seu digitis editus* digitus, manus; *uestes* sinus] 201 Plaut Men 926. Med. Dic mihi: en umquam intestina tibi crepant, quod sentias? Men. ubi satur sum, nulla crepitant; quando esurio, tum crepant. 29-19 Verg Aen 5.206. concussae cautes et acuto in murice remi obnixi crepuere. 180 Hyg Fab 139.3. impuberes conuocauit eisque clipeola aenea et hastas dedit et iussit eos circum arborem euntes crepare. 364-430 Pallad Agr 6.2.2. tunc est obportuna pampinatio, cum teneri rami digitis stringentibus crepabunt sine difficultate carpentis. 🕮 Porph Hor in Epod 16.pr.1. leuis crepante lymfa desilit pede. Poetica elegantia dictum, et «leuis lympha» et «crepante pede desiluit», simul et sonus uersus imitatur uelocitatem et strepitum aquae currentis. Non 4. Crepare est sonare. Serv Aen 3.363. aeraque dissiliunt uulgo passim crepant; nam tam nimio frigore quam calore aera rumpuntur. **Gloss** 3.164.64. ψοφῶ.

specialiter cum res quaecumque rumpenda est • más concretamente, cuando anuncia la rotura de un objeto [**sim** concrepare[b2]] 63-65 Sen Epist 103.2. Tempestas minatur antequam surgat, crepant aedificia antequam corruant.

res crepant quae moueri uel flecti male patiuntur; sic opera textilia rigentia, crepantia cum super se ipsa plicantur • crujen o rechinan objetos que cuesta mover o doblar; como los tejidos duros o rígidos, que crujen al plegarse 80-90 Stat Theb 3.586. hi ... tunicas Chalybum squalore crepantes pectoribus temptare.

uel quae mutandi intolerantes fiunt, ut ligna crepitantia • o que se resisten al cambio, como el crepitar de la leña 50 Sen Nat 2.12.5. flamma uitio lignorum uirentium crepat. 80-90 Stat Theb 4.469. sonantia flammis uirgulta et tristes crepuisse ut sensit acervos Tiresias.

uel uirium quae super ea exercentur • o a las fuerzas que operan sobre ellos 79 Plin Nat 36.58. *basanites* in Thebis delubro Serapis ... cotidiano solis ortu contactum radiis crepare tradunt.

inde sonitum repentinum asperum edentia • y que en consecuencia producen un sonido repentino y brusco • and consequently produce a sudden and sharp sound 50 Sen Nat 2.28.2. nubes ... si quem habent spiritum, multifariam emittunt, qui, nisi uniuersus erumpit, non crepat. 80 Mart Epigr 1.76.14. circum pulpita nostra et steriles cathedras basia sola crepant.

ut digitum concrepatio • como el chasquear de los dedos [**sim** concrepare[a4], increpare] 80 Mart Epigr 3.82.15. Digiti crepantis signa nouit eunuchus.

seu malarum crepor • o el chasquido de las mandíbulas 63-65 Sen Oed 99. crepuere malae.

id quod crepat res ipsa saepe est, at interdum sonus est • el sujeto puede representar la misma cosa que se rompe o se va a romper, o ser un sonido 50 Sen Her 1002. uerberum crepuit sonus.

intr. **a2** *pedere • peerse o ventosear* [**Trop** naturalem corporis actionem agere **sim** →pedere] 234-149 Cato Orat 73. serui, ancillae, si quis eorum sub centone crepuit, quod ego non sensi, nullum mihi uitium facit. 80 Mart Epigr 12.77.11. quamuis sibi cauerit crepando, compressis natibus Iouem salutat.

a3 in fine Antiquitatis *cum iam rem rupturam esse per sonum ipsum antea nuntiaret, nunc eam ipsam rumpi significauit, interdum ad humanum corpus pertinens quod, crepando, moritur • después de expresar que un objeto se resquebraja mediante el sonido que lo anuncia, el término llegó a significar que el propio objeto se parte o hiende, en ocasiones en referencia al cuerpo humano que, reventando, muere : estallar, reventar, explotar, quebrarse haciendo ruido* [**sim** concrepare[b2], crepantare, dirumpere] 370-413 Prud Psych 146. truncati mucronis fragmina uidit et procul in partes ensem crepuisse minutas. 400 Vulg Act 1.18. hic ... suspensus crepuit medius: et diffusa sunt omnia uiscera eius. 🕮 Non 255. crepare est frangi.

tr. **b1** *male loqui uel fremere • increpar, insultar* a*, protestar* de*, refunfuñar,* coloquial *rajar* de [**Trop** insultare[c]] 254-201 Plaut Frg Inc 41.1. neque ego ad mensam publicas res clamo neque leges crepo. 23 Hor Carm 1.18.5. Quis post uina grauem militiam aut pauperiem crepat? 🕮 Non 4. Crepare significat rursum queri uel dolere.

b2 *quod tenuiter ut subito dicere inuenitur • y, más atenuado, proferir,* coloquial *soltar o exclamar* [**Trop** dicere] 70 Lucr 2.1170. tristis item uetulae uitis sator atque uietae temporis incusat momen saeclumque fatigat, et crepat, antiquum genus ut pietate repletum perfacile angustis tolerarit finibus aeuom.

et affirmare licet ab hoc usu discrepare *suos explicet • muy posiblemente, es de este uso del que provienen los de* discrepare*.*